UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Commvnionis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Explicatur sexta clausula. Alioqui & vivens ab Ecclesiæ ingressu arceatur, & moriens Ecclesiastica careat sepultura, §. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

Visual Library

rochis jura Parochorum univerſa competere.

§. 6.

Alioqui & vivens ab Eccleſiæ ingreſſu arceatur: & moriens Eccleſiaſtica careat ſepultura.

65 POena non confitentibus ſemel in anno, & non communicantibus in Paſchate, eſt, ut arceantur ab Eccleſiæ ingreſſu, & ne ſepeliantur in loco ſacro: quia tamen eſt pœna, & quidem ferenda; non incurritur ipſo facto, ſed poſt ſententiam. In jure, igitur non eſt pœna excommunicationis nec latæ, nec ferendæ. Solum audio in aliquibus Diœceſibus adeſſe excommunicationem ferendam; quæ ſi eſt timeatur.

66 Si quis fidelis moriatur, nec

nec conſtet an communicaverit, ſaltem in Paſchate, eſt ne ſepeliendus in loco ſacro? Reſpondeo, niſi conſtet non communicaſſe, judicandus eſt obſervaſſe præceptum, atque adeò ritè ſepeliendum.

Adde neminem huic pœnæ (cum ſit ferenda) ſubjici, niſi poſt latam ſententiam. Cum igitur nunc vix in uſu ſit, ut contra aliquem ſimilis ſententia fulminetur; nunquam ex hoc capite, erit fidelis à ſacra Sepultura depellendus.

CAP. V.

De Præcepto Communionis inſtante mortis periculo.

§. I.

An hoc præceptum omnes in eo periculo obliget.

1 NOn modo nonnulli *a* docent Cōmunionis præceptum;

a S. Bonavent. Sylveſtr. Armilla, apud Suarium ac Euc. d. 69. ſec. 3 ...